



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Vtî & quando quisque suam conscientiam discutere, atque cum Deo denuo  
in gratiam redire debeat. Cap. LXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

*Vti, & quando quisque suam conscientiam discutere, atque  
cum Deo denuo in gratiam redire  
debeat.*

## CAPVT. LXI.

**E**xercitium iustum deinde secundo loco hoc modo exercebis. Nam quoti-  
die examinando teipsum, quodlibet operam tuorum in se valde defe-  
ctuosum, & te in multis offendisse conspicias, teq; cum tali offensa & cor-  
dis immundicia, ad deuotum exercitium & Dei aspectum non posse peruenire  
cognosces, sicq; tibi necesse videbis, vt Deum sic offensum primò per pœnitenti-  
am places, secundo cor ab omni immundicia purges. Nocturno agitur siue  
serotino, aut alio tempore apto, quantum tibi possibile fuerit (vt possis deuo-  
tum exercitium digne peragere) solus in cubiculo exercias te, scopando spiri-  
tum tuum & mundando, cum magna cordis contritione pro multiplici Dei of-  
fensione, lauando per singulas noctes lectum tuum, & lachrymis tuis stratum psal. 6.  
Hic. 6.  
tuum rigando, & pro singulis peccatis quasi luctu inuigilanti faciendo, & tibi ip-  
si pœnam aliquam imponendo, quod tam multipliciter & grauiter peccasti, &  
Deum tuum offendisti. De quo & humiliter confitearis, de secretis in secreto, &  
de publicis in publico, paratus ad flagella, ad verbera, & ad omnia aduersa, quæ  
Deus vel homines imposuerint, vel ipse assumpseris, pro satisfactione imple-  
nda: Orans Deum, vt ipse dignetur, quod tu minus facis supplere, & te in isto se-  
culo punire, suscipiens omnia aduersa de manu eius, tibi missa ex amore, cum  
maxima gratitudine: & habens firmum propositum plangenda vltèrius non  
committre, cum bona spe & fiducia de Dei misericordia. Nihilominus tua pec-  
cata semper grauisima iudica, & omnium aliorum hominum peccata alleuia,  
propter diuersos respectus & circumstantias ad hoc concurrentes. Et ideo teip-  
sum plus quam aliquam creaturam odias, velut indignum qui à terra porte-  
ris, eo quod tam bonum Dominum sic offenderis. Et omnes homines plusquam  
seipsum diligas, æstimans te omnibus illis propter certos respectus, in veritate  
peiores: quia non tam grauiter peccauerunt vt tu, neque tot & tanta beneficia,  
gratias & occasiones mala dimittendi, & bona faciendi à Deo receperunt vt tu,  
si bene illis vti voluisses.

*Deuotio vera in quibus consistat, quibusque ea  
modis sit fouenda.*

## CAPVT LXII.

**E**xercitium tertium, id est, deuotum, consistit præcipuè in prompta vo-  
luntate ad Dei obsequia, & ad cuncta Deo beneplacita, quo peruenitur ad  
contemplanda bona supercœlestia. Ad quod nulla est securior via, quàm vt  
mundis

Aaa

mundis